



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Admonitio Abbatis Ioannis de Petra. Capvt CXIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Vide que virtutes sanctū patrē cōmendabilē redderēt.

Admonitio Abbatis Ioannis de Petra.

CAPVT CXIII.

AD Abbātem Ioannem de petra perrexi, sumpto mecum & sodali Sophrono, rogauimusq; illum dicentes: Dic nobis verbū. Senex autem ait: Amate¹ nuditatem rerum omnium, & continentiam. Credite dicenti mihi. Cum adolescens morarer in Sciti, quidam senū splene indoluit, & modicum aceti quæsitum est in quatuor eius loci monasterijs, & inuentum non est. Tanta erat apud eos paupertas, & nuditas & continentia. Erant autem ibi patres quatuor milia & quingenti.

¹ *Hec sancta paupertas, & rerum omnium nuditas, sanctorum monachorum erant amplissimæ diuitiæ.*

Vita Abbatis Danielis Aegyptij.

CAPVT CXIIII.

Narrauit autē nobis sanctus senex de Abbate Daniele Aegyptio, dicens: Ascendit senex ipse die quadam in Therenutium, vt¹ opus manuum suarum venderet. Adolescens autem quidam precabatur senem, dicens: Per deum senior veni in domum meam, & fac orationem super vxorem meam, quia sterilis est: Senex autem compulsus a iuvene abiit cum illo in domū suam, fecitq; orationē super vxorē eius, & volente Deo mulier in utero cōcepit. Viri ergo quidā non timentes Deū cōeperūt senī detrahēre, & dicere. Vere iuuenis iste infēcūd^o est, sed mulier à senē prægnaus facta est. Venit igitur hęc fama ad senis aures: & scripsit senex marito mulieris